

- 4 Mutatio non præsumitur.
- 5 Præsumptio semper fit in meliorem partem.
- 6 Opinio Ioan. Corasij, qui præsumptiones voluit sumi à natura, lege, & accidenti, quæ & ipsa improbat.
- 7 Sedium & locorum è quibus coniectura ducuntur, vt diuersa fuerunt partitiones, ac enumerationes apud Turcos. ita & apud Rhetores.
- 8 Sedes & loca, è quibus duci, & ad quæ referri coniectura omnes possunt sunt persona, causa, factum, dictum, non factum, non dictum.

QUESTIO XIII.

QVAERO decimotertiò, quib. è locis, ac sedib. ducantur præsumptiones, & coniectura. Hac in re varæ fuerunt scriptorum partitiones enumerationesq. Ex nostris t. Spec. in tit. de præsumpt. §. i. sedes & loca, quæ summam adscripsi, longa serie enumerat. Causam scilicet, personam, locum, tempus, qualitatem, taciturnitatem, utilitatem, fletum, fugam, negligentiam, conseruationem, familiaritatem, dilectionem, quantitatem, societatem, frequentationem, & ætatem. Quæ sanè partitio, ac enumeratio recipienda non est, cum loco sedium, & locorum, recensent Speculator argumentorum genera, immo plura sunt, quorum vnum sub altero continetur. Cum enim sedes à causa fit ampla, latèq; vt suo loco dicemus pateat, sub se continet causas illas ex utilitate, fletu, fuga, & alia plura. Ex recetioribus autem, magni nominis Andreas Alciatus, qui accuratè magis quam alter quouis hætenus, conscripsit de præsumptionib. eruditissimos commentarios, is inquam in eo tractatu Præsumptionum tres tantum t. regulas, vt tres præcipuas sedes, è quib. coniectura, & præsumptiones omnes duci possent videtur, ita conscripsit. Vna est, Quod qualitas t. quæ naturaliter homini inest, semper adesse præsumitur. Altera est regula. Quod t. mutatio nō præsumitur. Tertia regula est, q. t. semper præsumptio fit in meliorem partem. Ex trib. his regulis, suas illas omnes, quas egregie explicat, præsumptiones ducit. At viderint alij, an loca, & sedes præsumptionum hæ dici possint. Probabilior videtur partitio, quæ facit Ioan. Corasius t. in Comment. de iure ciuili in arte redigendo, parte tertia, cap. 8. qui præsumptiones sumi voluit à natura, à lege, & ab accidenti. Sed veræ hæ non sunt sedes, è quibus ducuntur præsumptiones, si rectè perpendas. Et quemadmodum varia est hæc partitio ac enumeratio, apud iuris nostri interpretes. Ita etiam multiplex diuisio fuit apud Rhetores. Nam Arist. lib. 2. Rhetoricorum recenset varia loca, è quibus coniectura hæ ducuntur, verumtamen vna miscet, & locos, quæ huc non pertinent. Alia est diuisio apud Ciceronem in partitionibus oratorijs, alia in Topica, alia etiã fuit Fabij Quintilianij lib. 5. in Inst. orat. cap. 19. partitio, vt scilicet, duæ tantum sint sedes & loca, è quibus hæ præsumptiones, quæ ille argumeta appellat, duci possunt à persona, & re. Cætera omnia, vt causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, vult esse accidentia quædam.

De his aliqua dicemus inf. q. 16. Ego quidè sedes, t. & loca, è quib. duci, & ad quæ referri coniectura omnes possunt, hæc esse existimarem, personam scilicet, causam, factum, dictum, non factum, non dictum. Quæ sanè singularia, loca, vt explicem commodius, singulis propositis questionibus pertractabo.

Præsumptionem versari circa decem prædicamenta, & quomodo, diligenter exposuimus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Substantia alia corporea, alia incorporea.
- 2 Præsumptio versatur circa substantiam corpoream.

- 3 Homo paulo ante visus, præsumitur esse in humanis.
- 4 Res quæ ante erat, extare præsumitur.
- 5 Afferens hominem vita functum, vel non extare, id probare debet.
- 6 Præsumptio versatur etiam circa substantiam incorpoream.
- 7 Dominus vel possessor rei præsumitur qui ante fuit.
- 8 Præsumptio versatur circa prædicamentum quantitatis.
- 9 Quantitas alia continua, alia discreta.
- 10 Quantitas continua quid.
- 11 Ager præsumitur eiusdem quantitatis, quæ olim fuit.
- 12 Quantitas discreta quid.
- 13 Quantitas pecunia deposita, legata, vel in obligatione posita ex stipulatione præsumitur etiam hodie esse, nisi probetur eius augmentum, vel diminutio.
- 14 Quantitas duplicato relicta præsumitur à lege, cum in testamento, & codicillis relicta est.
- 15 Simonia crimen præsumitur, vel non præsumitur ex quantitate pecunie datæ.
- 16 Præsumptio versatur circa prædicamentum qualitatis.
- 17 Qualitas est secundum quam quales esse dicimur.
- 18 Qualitatis species quatuor.
- 19 Affectio ab habitu in quo differat.
- 20 Præsumptio versatur circa affectiones.
- 21 Iracundiæ calore affectus præsumitur inconsulte agere, & intellectui caret, num. 22.
- 22 Habitus alij animi, alij corporis.
- 23 Præsumptio versatur circa habitus animi.
- 24 Iustus præsumitur, qui iustitiæ administrandæ præst.
- 25 Bonus qui fuit, & nunc bonus præsumitur.
- 26 Calumniatus in prima accusatione, præsumitur calumniari in secunda.
- 27 Administratore prima se malè gerens, præsumitur se malè gesturum in secunda.
- 28 Artes qui didicit præsumitur eam scire, & exercitio ipsam in eo auctam esse.
- 29 Præsumptio versatur, circa habitum corporis.
- 30 Validior, & in armis exercitator præsumitur promouisse aduersarium, & insultum fecisse.
- 31 Potentia naturalis quid sit.
- 32 Præsumptio versatur circa potentiam naturalem.
- 33 Filium à viro frigido vel impubere generatum fuisse, lex non præsumit.
- 34 Homo circa ætatis annum 14. semen ferre incipit, & circa 21. generandi vim habere.
- 35 Passibiles qualitates civ sic dicte.
- 36 Testes falsa dixisse, coniectura fit ex pallore, & trepidatione.
- 37 Calore iracundiæ aliquid agens, non præsumitur dolo egisse, & ideo venia dignus.
- 38 Consensus non adhibetur, coniectura fit ex metu illato.
- 39 Voluntas coacta proprie non dicitur voluntas.
- 40 Præsumptio versatur circa formam, & figuram.
- 41 Præsumptio versatur circa prædicamentum relationis, sine ad aliquid, & circa correlatiua.
- 42 Correlatiua aliqua sunt æqualia, alia inæqualia.
- 43 Extrema duo considerantur in relatione, vnumque dicitur fundamentum, aliud terminus.
- 44 Vnum ex correlatiuis præsumitur, atque indicatur sicut alterum.
- 45 Filia præsumitur, & indicabitur libera, si mater eius ante partum editum libera fuit.
- 46 Partus servilis indicatur, si ex serua matre editus est.
- 47 Filius præsumitur sub potestate patris, cui subsuisse aliquando constat.
- 48 Filius præsumitur eius esse, à quo vt filius habitus est.
- 49 Filius olim qui fuit, hodie etiam præsumitur, nisi probet contrarium.
- 50 Præsumptio versatur circa prædicamentum vbi.
- 51 Res in quo loco semel fuit, etiam nunc esse præsumitur, nisi contrarium appareat. Et quomodo id intelligendum sit, numero 53.

Existens

- 54 Existens in loco præsumitur scire quæ ibi geruntur.
- 55 Furtum præsumitur commissum ab eo, qui in domo conuersabatur.
- 56 Maleficia ruri, & in agris, sicut in ciuitate gigni non solent.
- 57 Præsumptio versatur circa prædicamentum quando.
- 58 Pupillus præsumitur doli capax, quædo est propè pubertatem.
- 59 Occidisse incontinenti, & ad sui defensionem præsumitur, qui cum inimico congredebatur.
- 60 Metu fecisse præsumitur, qui erat in periculo instantis mortis.
- 61 Præsumptio versatur circa prædicamentum actionis.
- 62 Litigare in iudicio est actio.
- 63 Actionis partes sex sunt.
- 64 Negocia alicuius, qui semel gessit non præsumitur etiam nunc gerere, cum ipsum agere non sit quid continuum.
- 65 Accusans aut agens semel per calumniam, præsumitur iterum calumniosè agere velle.
- 66 Bonos mores corrumpere præsumitur, qui cū malis conuersatur.
- 67 Patrimonium augere, quis in dies præsumitur.
- 68 Furtum est alienæ rei contrafectio.
- 69 Præsumptio versatur circa prædicamentum passionis.
- 70 Passio est effectus actionis.
- 71 Iniuria illata ab eo, qui magistratu fungitur, præsumitur illata tanquam à magistratu, non autem tanquam privato.
- 72 Possessione sua priuatus censetur spoliatus à iudice, qui iniuste processit.
- 73 Absolutus sententia iudicis præsumitur innocens.
- 74 Præsumptio versatur circa prædicamentum situs.
- 75 Rem immobilem si constat fuisse sitam aliquo in loco, adhuc ibi esse præsumitur.
- 76 Afferens domum esse desitisse, id probare debet.
- 77 Sedens præsumitur quieto esse animo.
- 78 Tacens non præsumitur velle congedi.
- 79 Scriptura sita, & reposita in aliquo loco, arguit voluntatem scribentis.
- 80 Præsumptio est circa prædicamentum habitus.
- 81 Talis quis præsumitur, qualem demonstrat habitus.

QUESTIO XIV.

QVAERO decimoquarto an præsumptio versetur circa omnia decem prædicamenta. Et versari scripserunt Nicol. Mattarellus, & Bal. in l. ex persona. C. de probat. & attingit Alc. in tra. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. 5. & vberius Euerardus in centuria legali in loco à tempore ad tempus, num. 6. Ceterum animaduerti multa ab his viris alioqui eruditissimis, minus perfecte scripta fuisse. Quapropter non grauabor meis pro vitiis perfectius & verius totam hanc questionem hic explanare. Et primò dicamus de prædicamento substantie. Quæ quidem, secundum Aristotelem in prædicamentis, & ceteros Dialecticos alia est t. corporea, alia verò incorporea. Circa substantiam corpoream t. versatur præsumptio. Quando quidem præsumitur homo t. ille esse in humanis, qui paulo ante visus est. Ita etiam presumitur res extare, t. quæ ante erat. Et ideo, qui asserit, t. hominem esse vita defunctum, vel rem non extare, probare id debet. I. si quis ex argentarijs. §. an & hæredi, ff. de eden. l. non ignorabit, C. ad exhib. l. testium, in fin. C. de testib. & l. 2. C. de testam. Et copiosè scribunt, atq; declarant Bar. in d. §. an & hæredi, nu. 2. Alex. in consil. 58. col. 2. lib. 1. Socinus Sen. in consil. 180. col. 4. versicul. 2. posito. lib. 2. Fel. in cap. scriberebam, num. 2. de præsumpt. Alc. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 2. 5. numer. 1. & cum eo dicemus inf. & Crauet. in consil. 117. numer. 17. ita etiam præsumptio t. versatur circa substantiam incorpoream; Nam presumitur t. dominus vel possessor rei qui antea dñs. vel possessor fuit, l. sine possidetis, C. de probat. De vtroq; exemplo suis locis dicemus vberius.

Secundò versatur præsumptio t. circa prædicamentum quantitatis. Est sanè quantitas t. vna cōtinua, altera verò discreta, secundum Aristotelem, & Dialecticos. Quantitas t. continua est, vt punctus, linea, superficies. Dici-

mus enim agrum habere quantitatem continuã, vt centum & ducentū pedum, vel iugerum. Et superficies domus quantitas est continua. Quocirca præsumptio t. est, quod ager sit eiusdem quantitatis qua olim fuit, l. in finalibus. ff. fin. reg. & dicemus inf. lib. 6. præsumpt. 54.

Quantitas discreta est, t. quæ distinctis numeris constat, vt vnus, duo, tres, & c. Et circa hanc quantitatem lex præsumitur. Nam quantitas t. pecunie deposita, legata, vel in obligatione ex stipulatione posita, præsumitur et hodie esse, nisi contrariū probetur, quod. l. facta sit eius augmentum, vel diminutio. l. Lucio, ff. de actio. & obl. & tradit Bald. in l. ex persona, nu. 3. C. de probat. Fel. in c. scriberebam, num. 3. de præsumpt. vel & aliter præsumitur de ea: sicut in l. iurisdictionum, §. adeo. ff. de pactis. vbi ex pacto præsumitur recessum à tota obligatione, cum recessum fuit à parte. Et apertius in l. quingenta, ff. de probat. vbi lex presumit quantitatem duplicato t. relictam, cum in testamento, & codicillis relicta est. Qua de re aliqua scripsi lib. 2. de Arbitrarijs iudicij, & c. casu 213, post Barr. & ceteros in l. planè, §. i. de leg. 1. Ruyn. in consil. 167. nu. 2. lib. 1. Rip. lib. 3. responso. c. 11. Crau. in consil. 167. nu. 3. Gram. decif. 103. nu. 59. & Lud. Charond. lib. 1. verisimilium iuris, c. vlt. Ita quoque in l. 3. §. cum Titio, ff. de adm. leg. ait Vlpian. quantitatem relictam in testamento præsumi ademptam in codicillis, in quibus minus taxatiuè relicta fuit. Ita etiam in c. vlt. 14. q. 6. & in c. & si questiones, de simon. vbi gl. & Doct. ex quantitate pecunie t. data præsumitur, vel nō præsumitur simonia crimè. Et de his vberius dicemus infra suis locis.

Tertiò versatur t. præsumptio circa prædicamentum qualitatis, quæ est, secundum quã t. quales esse dicimur. Bal. in d. l. ex persona, n. 3. & Fel. in d. c. scriberebam, nu. 3.

Huius quatuor esse species t. scribunt Aristoteles in prædicamento qualitatis, ac ceteri omnes Philosophi, & Dialectici, & ex nostris Bar. in tra. testimoniorum. Affectio, & habitus, naturalis potentia, & impotentia, Passio vel passibilis qualitas: forma, vel figura. Affectio t. ab habitu in eo differre scribunt Philosophi, ac Dialectici, qd affectio facilius imprimitur, & facilius commutatur, sicuti quando calore, aut frigore, aut sanitate, alijq; huiusmodi homo afficitur. Habitus verò est permanentior, & diuturnior, vt virtus, scientia, prudētia, & similia. Præsumptio itaque t. versatur circa affectiones, sicuti in l. si cui. §. i. ff. de accusat. præsumitur eum qui affectus calumnia accusauit, per eandem calumniam iterum accusare velle. ita affectus t. calore iracundiæ, præsumitur inconsulte agere, l. quid quid calore, de reg. iur. vbi Dec. & ceteri. Nam intellectu t. eum carere scripsit Bal. in c. 1. §. si qui verò, in fi. de pace iuram. firm. & differit vberimè Tiraq. de penis legum, & c. Causa prima. Habitus aliqui t. sunt animi, aliqui corporis: animi sunt, vt artes, siue scientiæ, & virtutes, sicuti iustitia, fortitudo, temperantia, sapientia, prudentia, sciētia. Habitus corporis sunt, quæ crebra exercitatione membrorum parantur, vt ars currandi, equitandi, ferendi pondus, aut etiam robur quæsitum, natandi, cædendi, & luctandi pericia. Præsumptio t. itaque versatur circa habitum animi, vt iustus t. ille, 25. præsumatur, qui iustitiæ administrandæ præst. l. 2. C. de offic. ciuili iudic. & scribit Alciat. de præsumpt. regul. 3.

Præsumptio. 9. Ita qui bonus fuit, t. & nunc bonus præsumitur, & e contra. leg. non omnes. §. à barbaris, ff. de re milit. & c. semel malus. de regul. iur. in sexto. & egregiè confert, l. si cui crimen, §. i. ff. de accusat. vbi qui calumniatus t. est in accusatione prima, præsumitur quod calumniabitur & in secunda. Ita dicimus, 28. quod is, qui malè se gessit in prima t. administratione, præsumitur quod etiam malè se habeat in alia leg. 3. §. si autem, & §. si curator, ff. de suspect. tuto. Et qui artem didicit, t. eam sciat, immo exercitio ipso aucta in eo sit, l. legatis, §. ornaticibus, de legat. 3. vbi hoc naturæ congruum

Tomus Primus. B gruum

gruum esse, Martiano censuit. Ita pariter circa habitum
 30 corporis præsumptio versatur. Nā ob corporis robur, &
 31 armorum exercitium, præsumitur quod ille qui validi-
 or, & exercitior fuit, is prouocauerit aduersariū, vt
 illū aggressus sit, vt scripsi lib. 2. de Arbitrarijs iudicium,
 & c. cau. 36. nu. 9. Secunda est qualitatis species quā natu-
 ralem potentiam, vel impotentiam appellant. Est fa-
 32 ne naturalis potentia, & facultas quædam homini data,
 ad aliquid agendum: Sicuti pubertas est facultas natura-
 lis homini data ad procreandum: & contra impoten-
 tia dicitur naturalis inhabilitas nobis insita à natura, ne
 aliqua agere valeamus, quemadmodum dicimus frigidus,
 & impubes esse impotentes ad generandum: & si-
 cuti dicimus impubes esse impotentes ad generandum: & si-
 33 Inlir, quibus non est permittum facere testa. Circa hanc
 34 qualitatem versatur plurimum præsumptio, nā lex præ-
 sumit quod filium non fuisse generatum à viro frigido, ca.
 1. de frigid. & malef. vbi Doct. Ita nec ab impubere, cum
 35 solum circa decimum quartum annum suæ ætatis præse-
 rem genitale incipiat hō, & vim generandi habere in-
 cipiatur circa annum primū, & vigesimum, teste Aristote-
 le lib. 5. de natura animal. c. 5. Et ob id lex Pontificia sta-
 36 tuit, pueros matrimonio aptos non esse, c. 2. de frigid. &
 malef. Tertia est species qualitatis, quam passionem, vel
 passibilem appellauit. Passibiles quæ qualitates non ex eo
 dicitur sunt, quod aliquid patientur, sed quod ipsis sensi-
 bus passionem aliquam ingerant, sicuti pallor, trepidatio,
 quemadmodum ira, odium, tristitia, mæror. Passiones
 verò sunt et animi, & corporis affectiones, sed quæ leni-
 ter animum, & corpus afficiunt, & perstringunt, nec ita
 perpetuò in animo, & corpore resident, vt faciunt quali-
 tates passibiles. Passionum exēpla sunt, vt pallor, qui ex
 re inopinata oritur, & citò desinit, vt est iracundia, qua
 animus subito cōcitat, & à qua est subito liberatur, sicuti
 37 est metus, qui ex subita mentis trepidatione ob-
 instans, vel futurum periculum incutitur. De his quali-
 tatibus aliqua sunt apud Vlpianum in l. 1. §. apud Iulianū,
 & in l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edic. Præsumptio itaque cir-
 ca hanc qualitatis speciem, siue passibilem, siue passio-
 nis, vt plurimum versatur. Nā ex pallore, & trepidatione
 38 coniectura fit testes falsa dixisse, l. 3. §. tu magis, ff. de
 testib. & dicimus infra q. 81. in sexto iudicio proueniē-
 39 ti ex trepidatione, & pallore. Ita præsumptio est, eū, qui
 iracundiæ calore adactus aliquid egit, nō dolo egisse, &
 iō venia esse dignum, l. quidquid calore, de regul. iur. &
 scripsi lib. 2. de arbit. iudicium, & attigi supra in prædi-
 39 cameto qualitatis. Ita ex metu illato coniectura fit, nō
 adhiberi consensum. l. 1. ff. de eo quod metus causa, & c. 1.
 40 quod me. cau. Non enim voluntas cōacta dicitur volū-
 tas propriè, vt tradunt Doct. in l. si mulier, §. vlt. ff. quod
 met. cau. Dec. in l. velle non creditur, nu. 9. de reg. iur.
 vbi & ceteri interpretes. Quarta est spēs qualitatis, quæ
 appellatur forma, vel figura; de qua in l. si rem, ff. de rei
 41 ven. & in l. forma. ff. de cen. lib. Præsumptio itaque ver-
 satur circa hanc qualitatem. Nā dicimus equū præsumi eū-
 dem esse ob eandem formam, & figuram, sicuti tradunt
 oēs in l. non hoc, C. vnde legit. ibi las. n. 1. & dicimus in
 fra lib. 6. præsump. 30. ubi differemus, quando & quomo-
 do pluralitas personarum, & rerum præsumatur.
 42 Quarto versatur præsumptio circa prædicamentum
 relationis, siue ad aliquid, & (vt nostri appellant) circa
 correlatiua, Bal. in d. l. ex persona, n. 3. ver. ecce de præsu-
 ptione in prædicamento relationis, & Fel. in d. ca. scribe-
 bam, nu. 3. Hæc correlatiua, seu relatiua, secundū Aristo-
 43 telē, & ceteros Dialecticos, aliqua sunt quæ æqualia, aliqua
 verò inæqualia. Æqualia sunt, vt emptor venditor, mari-
 tus, vxor. Inæqualia sunt, vbi alterū altero superius, aut
 inferius est, sicuti pater filius: vt præceptor, discipulus.
 44 In hoc est prædicamento relationis duo extrema cōsi-

derant Dialectici, extremū à quo, & extremū ad quod. Ex-
 tremū à quo, vt pater: ad quod, vt filius. Illud primū appel-
 lant fundamentū, i. principiū. Secūdu verò appellāt ter-
 minū. Ita emptio, & venditio, sunt relatiua. Emptio est
 fundamentū à quo fluit vendō, & sic vendō terminus ip-
 se vltimus. Præsumptio itaque versatur circa hoc prædica-
 mentū. Nam si constat aliquē fuisse patrem, relatione fa-
 cta ad filiū, ita est hodie præsumitur esse, & e cōtra. Et idē
 in dño, & seruo, patrono & liberto, dño, & vasallo. Et ta-
 45 le præsumitur atque iudicatur vñ ex relatiuis vt & alte-
 46 rū, sicuti in l. matrem, C. de prob. dum filia præsumitur,
 & iudicatur libera, si mater eius ante editū partū libera
 fuit. Sicuti e cōtra in l. de ancilla, C. de liberali cā, partus
 47 seruili iudicatur, si ex serua matre editus est. Ita in l. si
 48 filius, ff. de probat. præsumitur filius quod sub potestate patris,
 cui subfuisse aliquando constat. Sic in l. quidam, eod. tit.
 49 de probat. præsumitur filius quod eius, à quo sicut filius ha-
 bitus fuit. Qua de re scripsi lib. 2. de arbitrarijs iudicium,
 & c. casu 89. n. 74. Hinc dicimus, quod ille qui olim filius
 50 fuit, ita est hodie præsumitur, nisi contrarium probe-
 tur. Ita censuit gl. in l. sed si de sua, in prin. ff. de acq. her-
 quam ibi probauit Ang. & secuti sunt Capol. cau. 164.
 omnes in l. si emancipati, C. de collat. & Alc. de præsum-
 re. 3. præsum. 2. & vberius suo loco differemus.
 51 Quinto versatur præsumptio circa prædicamentū quod vbi,
 quod nil aliud est, secundum Aristo. & Dialecticos, quā
 loco circumscribi, vt esse in domo, in agro, versari in fo-
 ro, in curia. Præsumptio itaque plurimū sumitur in hoc
 52 prædicamento. Nam vbi, id est eo in loco, in quo res se-
 mel fuit, etiam nunc esse præsumitur, nisi contrariū pro-
 betur, l. si quis ex argentarijs, §. pen. ff. de ed. & scripsi su-
 pra in prædicamento substantiæ.
 Hanc aut præsumptionem sic intelligunt, & declarāt.
 Alc. in tract. de præsum. reg. 3. præsum. 25. in fi. & copio-
 sius Euerat. in d. argō à tpe ad tps, nu. 10. ver. hoc tamē,
 53 & c. vt procedat quoad locū largē sumptum, puta qua
 in prouincia, vel ciuitate, vel oppido, non aut restringi
 dēt ad locum loci, vt in tali angulo, quia in reb. quæ natu-
 raliter mouentur, esset falsum. Nec est in fugitiuo, vel
 erroneo, l. quid sit fugitiuus, ff. de ædil. edic. Non est in na-
 uis, quæ in mari est, locum hęc hęc præsumptio, l. Cælar,
 ff. de pub. & vestig. & ibi copiosè Bart. & scribit Alex. in
 54 consi. 7. lib. 7. Mar. in l. 1. §. præterea, nu. 32. ff. de quæst.
 Ripa in tract. de peste, tit. de priuileg. contractuum, nu.
 167. & Benuenutus Stracha in tract. de mercatura, tit. de
 nauib. parte 2. nu. 26. ita est circa hoc prædicamentū ver-
 54 satur præsumptio, quæ dicimus, eū qui in loco est, præ-
 sumi scire ea, quæ ibi aguntur, c. quoddā, & c. quāto, de p-
 55 sum. Ita dicimus furtū præsumi commissum ab eo, qui
 in domo conuersabatur, l. dominus horreorum, in prin.
 ff. loc. & scribit Bal. in l. 1. nu. 1. C. locat. & suo loco dice-
 56 mus. Ita dicimus in agro, & ruri, sicut in ciuitate male-
 ficia gigni non solere, vt ait C. c. pro Sex. Roscio Amerin.
 his verbis. Qua in re præterea illud, quod mihi magno
 argumento ad huius innocētiam poterat esse, in rusticis
 moribus in victu arido, in hac horrida, incultaque vita,
 istiusmodi maleficia gigni non solere. In vrbe luxuries
 creatur, ex luxuria exultat avaritia necesse, est ex avari-
 tia erūpat audacia, idē oīa scelera & maleficia gignuntur.
 57 Sexto versatur præsumptio circa prædicamentū, quod
 quidē, secundum Aristotelē, & Dialecticos complectitur
 duas dīas, duasque partes. Differentias, vt præsens, præ-
 teritum, futurum. Partes, vt est annus, mensis, dies.
 Præsumptio itaque versatur circa hoc prædicamentū, sicuti
 58 dicimus pupillū præsumi doli capace, quoniam est ppe puber-
 tate, l. apud Celsum, §. in tutore, ff. de doli mali except.
 59 Ita præsumitur quis fincontinenti ad sui defensionē
 occidisse, quando cum inimico cōgrediebatur, l. ut uim,
 ff. de iustit. & iure. & ibi omnes. Ita præsumitur metu
 60 fecisse, quando erat in periculo instantis mortis, l. me-

tum, in princip. ff. de eo quod metus causa, & alibi sæpè.
 Alijs explicat Bald. in d. l. ex persona, num. 5.
 61 Septimo versatur præsumptio circa prædicamentum
 actionis. Bald. in d. l. ex persona, nu. 3. ver. in agere. Fel.
 in d. c. scribebā, n. 3. Est sanè actio, qua cū quidquid agi-
 tur, secundū Dialecticos, in eo, quod subijcitur agere dī;
 62 sicuti litigare in iudicio est actio; ex quo contra aliquē
 63 litem intendo. Actionis partes sunt, sex, generare, cor-
 rumpere, augere, minuire, alterare, loco mouere. Præsum-
 ptio itaque versatur circa hoc prædicamentum. Nā qui
 64 negocia alicuius semel gessit, nō præsumitur etiam nūc
 gerere: cum ipsam agere non sit quid continuum, l. serui-
 tutes, la 3. ff. de seruit. & l. foramen, ff. de seruit. vrb. an.
 præd. scribit Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 25. in
 fin. Et probat. l. si cui, §. iisdem, ff. de accus. vbi qui semel
 65 per calumniam egit, & accusauit, ita præsumitur iterū
 velle calumniosè agere. Ita præsumitur vxorem genera-
 se filium ex marito, leg. miles, §. de functo, ff. de adult. &
 scripsi lib. 2. de arbit. iudicium, & c. casu 89. nu. 20. 21.
 & alia nonnulla addemus infr. lib. 6. præsumpt. Ita præ-
 66 sumitur quod corrūpere bonos mores, qui cum malis cōuer-
 sat. l. ædiles, §. Pædus, ff. de adi. edicto, & dicemus in-
 fra q. 82. in 28. iudicio sufficienti ad torturam. ita auge-
 67 re patrimonium in dies quis præsumitur, l. si defun-
 ctus, C. arbit. tutel. & dicemus infr. lib. 6. præsumpt.
 Ita fur præsumitur loco mouere rem furto subtrahā,
 68 cum furtum sit ipsa rei alienæ contrectatio, leg. 1. §. fur-
 tum, ff. de fur.
 69 Octauo versatur præsumptio circa prædicamentū
 passionis. Bal. in d. l. ex persona, n. 4. C. de probat. Felin.
 70 vbi supra. Est sanè passio effectus actionis, vt condemna-
 ri, vel absolui. Quocirca malè Bald. & Euerardus refe-
 runt ad prædicamentum qualitatis, pati. Et ideo præter-
 missis exemplis ab illis consideratis, quæ huc non perti-
 nent, adferri potest exemplum huius præsumptionis, vt
 71 cum dicimus quod præsumi iniuriam illatam ab eo, qui ma-
 gistratu fungitur, fuisse illatam tanquā à magistratu, nō
 aut tanquam à priuato, l. si quis, ff. si quis eum qui in ius
 72 vocat, est, vi eximat. ita dicimus à iudice priuatum suā
 possessione ceteri spoliatum, cum iniuste is processit,
 l. meminerint, C. vnde vi, & scripsi in tract. de recuper.
 poss. remedio 8. quæst. 1. Ita est contra dicimus absolutum
 73 sententia quod iudicis præsumi innocētem, cum pro sen-
 tentia præsumatur, l. Herenius, §. Caia, ff. de iur. iur.
 74 Nono versatur præsumptio circa prædicamentū si-
 tus, Bal. in d. l. ex persona, n. 3. C. de probat. & Fel. qui su-
 pra. Est situs secundū Aristotelē, & Dialecticos, corpo-
 ris status, & dispositio. Et situs consideratur in reb. in-
 animatis ac et in animatis. In inanimatis est vnus tantū
 situs, vt iacet terra, stant montes. Et in artificialib. stant
 turres, domus, tēpla. In animatis verò plures sunt situs.
 Nam modò stant, modò sedent, modo sunt recta, modò
 curua, modò prona, modò supina. Singulis etia partib.
 corporis sunt situs: vt vultus humi defixus, facies ad cæl-
 lum versa, brachia expansa, & c. Præsumptio itaque ver-
 satur circa situm, sicuti circa rerum inanimatarum. Nā
 75 si constat rem immobilem quod fuisse sitam aliquo in loco,
 adhuc ibi esse præsumitur, l. si locus, ff. quemadmo. serui.
 amit. & l. 2. C. quādo & quib. quarta pars debeat. li. 10.
 76 Ita qui afferit domum quod esse desisse in loco, probare id
 debet, l. in finalib. & l. eos, ff. finium regun. & l. 1. & l. 2.
 C. eo. & dicemus infr. lib. 6. præsumpt. 45. vbi differemus,
 quando finium mutatio præsumatur, vel non.
 Ita circa situm rerum animatarum versatur hæc præ-
 77 sumptio, sicuti ille qui sedet, præsumitur quieto esse ani-
 mo. ita Bald. in l. 1. col. 2. C. de sent. ex breui cul. recita. au-
 thoritate Aristotelis, quem commemorat, & scripsi lib.
 78 1. de arbit. iudicium, & c. q. 61. nu. 3. 4. Ita qui iacet, non
 præsumitur velle congrēdi, vt in ea oratione pro Milo-
 ne probauit Cicero, & scripsi lib. 2. de arbitrarijs iudic.

79 & c. casu 363. nu. 5. Ita dicimus, quod scriptura sita, &
 & reposita aliquo in loco, arguit voluntatem scribentis,
 vt respondi in consi. 42. nu. 11.
 80 Decimo versatur præsumptio quod circa prædicamentū
 habitus, vel habere, vt Aristoteles in prædicamentis, &
 ceteri Dialectici appellant. Bal. in d. l. ex persona, nu. 6.
 & Fel. in d. c. scribebam, nu. 3. Est habere seu habitus,
 secundū Aristot. & ceteros, vt vestib. aut armis, aut orna-
 mento aliquo cinctum esse. Ex quo intelligimus errasse
 Bal. & Euerardum, qui prædicamentū habitus esse dixe-
 runt, vt habere dominium vel possessionē prædij, cum id
 aliud sit, vt diximus supra. Exemplum itaque præsumptio-
 nis, quæ versatur circa hoc prædicamentū adferri potest
 in l. ite apud Labeonem, §. si quis virgines, ff. de iniurijs,
 81 quo dicimus, eum præsumi talem, quod qualem habitus de-
 monstrat. Qua de re copiosè tradunt Albericus Rosatus
 in tract. statutorum, p. 2. q. 43. Dec. in consi. 307. nu. 3.
 Bellon. consi. 21. n. 1. Gramm. decif. 24. n. 61. & decif. 81.
 Tiraq. in tract. de retractu consang. §. 1. gl. 8. n. 21. & Di-
 dac. lib. 3. variarum resol. c. 14. nu. 2. Et nos copiosius
 dicemus suo loco.

Præsumptio, & coniectura à persona qualitate, quomo-
do ducatur, diligenter pertractatum.

S V M M A R I V M.

- 1 Coniectura desumptio à persona, frequens est in iure vsus.
- 2 Coniectura cum à persona qualitate sumitur, quæ præcipue con- siderentur.
- 3 Coniectura sumitur ab ætate.
- 4 Coniectura sumitur à sexu.
- 5 Coniectura vel præsumptio sumitur à valetudine.
- 6 Coniectura sumitur à figura, vel hominis physiognomia.
- 7 Coniectura sumitur à viribus.
- 8 Aggressor in rixa præsumitur, qui altero corpore fortior est.
- 9 Coniecturam facimus à natione.
- 10 Coniecturam à natione nimis generalem esse dicit Simancas.
- 11 Bona animi que sint, & quod ab his coniectura ducatur.
- 12 Præsumptio vel coniectura ducitur à virtutibus.
- 13 Bene agere in senectute præsumitur, qui bene agit in iuuentute.
- 14 Præsumptio sumitur ab honestate vite.
- 15 Coniecturam facimus à virijs, vt semel malus, in eodem genere mali semper sit talis.
- 16 Coniectura fit à studijs.
- 17 Coniectura sumitur ab educatione.
- 18 Præsumptio, & coniectura fit ab artibus.
- 19 Coniecturam facimus ab inertia, & negligentia.
- 20 Negligens contradicere literis sibi datis, præsumitur consenti- re, & fateri in illis descripta.
- 21 Faciori consentire præsumitur, qui ei cum posset, non iuit ob- uiam.
- 22 Bona fortuna que sint, & quod ab his coniectura fiant.
- 23 Coniectura ducitur à genere.
- 24 Filius præsumitur talis, qualem habuit parentem.
- 25 Presbyterorum filij, qua de causa arceantur à sacris.
- 26 Coniectura ducitur ab affinitate.
- 27 Coniectura sumitur ab amicitijs, tam bonis, quam malis.
- 28 Coniectura sumitur à patria.
- 29 Coniectura ducitur ab opibus.
- 30 Dives non præsumitur corruptus pretio, ad ferendum testimo- nium falsum.
- 31 Diuiti maior adhibetur fides.
- 32 Dives præsumitur luxuriosè viuere.
- 33 Coniectura ducitur ab honoribus.
- 34 Honoribus publicis fungens præsumitur vir bonus, & summa integritatis, & ea que agit summa fide agere.
- 35 Præsumptio semper est pro principe.